



gentes solidos, et ita in delegato etiam ad universitatem causarum, tenet Alberic. in dict. l. nec mandante.

(10) *Que sea menor.* Id est magistratui municipali, dict. l. *jus dandi*, iudices ergo civitatum possunt hodie dare tutores, ut hic, et tradit Bart. in l. 1. *D. de tutor. et curat. dat. ab his*, ubi Gloss. et Alberic. de istis Comitibus palatinis, qui à Principe habent hanc potestatem.

(11) *Do nascio el moço, o el padre del.* In eo loco petuntur tutores, vel curatores minoribus, unde ipsi ducunt originem, vel ex persona sua, vel ex persona patris, vel si vulgo concepti essent, ex persona matris. Item etiam in eo loco ubi sunt eorum facultates, et si alibi sunt, vel morantur, non tamen jure domicili, redire debent in alterum prædictorum locorum, ut magistratus ibi det eis tutores seu curatores, ut hic, et in l. 1. *C. ubi petant. tutor.* et in l. antepenult. *C. de munitip. et originar.* et in l. *cives*, *C. de incol.* lib. 10. et l. 1. *D. ad municipal.* Azo. in summa, *C. ubi pet. tut.* ubi et datur etiam in loco domicili, ut dictum est supra. Quid autem de minore unius civitatis originario, qui ibi etiam habet facultates suas, sed quia de illa bannitus est, habitat in civitate vicina, et ibi convenitur; an possit iudex talis habitationis sibi dare tutorem? Vide per Joan. Andr. in addition. *ad Speculat. tit. de curat. §. sciens ergo*, ubi allegat. Guindon. de Suza, quod sic, ut ratione necessitatis liceat, quod aliàs non liceret; vide ibi per eum.

(12) *La mayor parte de sus bienes.* Adverte tamen, quòd Doctores in dict. l. 1. *C. ubi petant. tutor.* intelligunt hoc de majori parte facultatum, ita quòd pupillus ibi habeat domicili; et quòd aliàs iudex loci, ubi essent tales facultates, non esset competens ad dandum tutorem pupillo, licet curatorem rebus ibi existentibus posset, ut in l. *jurisperitos*, §. *cum oriundus*, *D. de excusat. tutor.* ita videtur de mente Bart. Bald. et Salic. ibi; et est consonum juri et rationi, cum iudex, qui dat tutorem, debet habere jurisdictionem in personam pupilli, quam jurisdictionem non habet iudex, ibi tantum sunt res pupilli, pro quo est textus in l. 1. ad fin. *D. de tutor. et curat. dat. ab his*, et in l. *magis puto*, §. *illud queri*, *D. de reb. eor.* Sed tu dic, quòd eo ipso quòd habet ibi majorem patrem fortunarum suarum, videtur pupillus ibi habere domicili, ut tradit Paul. de Castr. in l. 2. *C. ubi senator. vel claris.* unde licet pupillus alibi haberet aliud domicili seu habitationem, poterit provideri de tutore per iudicem, ubi est major pars sui patrimonii, ut hic habes, et voluit Azon. cujus opinio hic approbatur in dict. l. 1.

(13) *Delante, o non.* Concordat cum l. *illud*, et l. seq. *D. de tutor. et curat. dat. ab his*; et si ista littera referatur ad omnia præcedentia, probatur hic, quòd iudex originis pupilli propriè, vel paternè, potest dare tutorem pupillo absenti; cujus contrarium videtur probari in dict. l. 1. *C. ubi petant. tutor.* et ibi tenet Salicetus dicens, quòd quando datur tutor in loco originis, debet dari presentì, et non absenti, per textum ibi, cum dicit: *restituti apud patriam suam*. Sed quid si tutor datur ab utroque iudice, originis scilicet, vel domicili, quæ datio prævalebit? Alberic. post Dinum in l. 1. *D. de tutor. et curat. dat. ab his*, et in dict. l. 1. *C. ubi petant. tutor.* dicit, quòd datio illius, qui primo dedit; et rectè, quia tutorem habenti alius tutor dari non possit; si verò hoc non appareat, tunc præfertur datio originis, argumento, l. *libertus*, §. *præscriptio*, in fin. *D. ad municipal.* et facit, quod notatur in glossa magna in l. *cives*, *C. de incol.* lib. 10.

(14) *Deue dar.* Concordat *Institut. quib. med. tutel. finit.* in princ. et finita tutela tutor tenetur admonere minorem, ut petat sibi curatorem, l. *ita autem* §. *si tutor*, et ibi vide Bart. *D. de administ. tutor.* et ad ea, quæ spontè post pubertatem gessit tutor, non tenetur fidejussor tutoris, l. *Lucius*, la 2. §. *Paulus*, et ibi Bart. *D. de administ. tutor.* Et an sicut pubertate finitur tutela, sic etiam finiat mandatum procuratoris facti à pupillo cum auctoritate tutoris? Vide Bart. in l. *si quis*, §. *si impubes*, *D. de institor.* et si dispositio confertur in tempus, quo tutela finierit per pubertatem, procedat si finiat morte, vide Bartolum per illum textum in l. *liberto*, §. *pater*, *D. de annis legat.*

(15) *Curator.* Adde *Institut. de curator.* in princ. et ultima die pubertatis poterit dari tutor, vide Bald. in l. 2. *C. quando provoc. non est neces.* et differentias inter tutorem et curatorem vide per Gloss. in l. *ventri*, *D. de tutor. et curat. dat. ab his.*

(16) *Como del tuor.* Vide supra eod. l. 9. et *Institut. de satisfact. tutor. et curat.* per totum.

(17) *Veynte e cinco años.* Adde *Institut. de curator.* in princ. et l.

*curatorem*, et ibi Bart. *D. de tutor. et curat. dat. ab his*, et l. *curatorem*, *D. de auctor. tutor.* Et quid si de factu transacto vigesimo quinto anno iudex daret curatorem, ut minori, vide per Bald. in l. 2. col. 1. *C. quando provoc. non est neces.*

LEY XIII. — A quien deuen ser dados guardadores, a que llaman en latin, Curatores.

Curatores son llamados en latin, aquellos que dan por guardadores a los mayores de catorze años, e menores de veynte e cinco años, seyendo en su acuerdo. E aun a los que fuessen mayores, seyendo locos, o desmemoriados (1). Pero los que son en su acuerdo, non pueden ser apremiados (2) que reciban tales guardadores, si non quisieren (a). Fuera de ende, si fiziessen demanda a alguno en juyzio, o otro la fiziessen a ellos. Ca estonce (3) los Judgadores les pueden dar tales guardadores como estos (b). Otrosi dezimos, que el curador non deve ser dexado en el testamento (4), pero si fuere y puesto, e el Judgador entendiere que es a pro del moço, deuelo confirmar (5). E aun dezimos, que el huerfano que ha guardador, non le deuen dar otro (6). Fuera de ende, si aquel que lo tiene en guarda, fuesse ome de mal recabdo (7); o tal, que ouiesse de veer tanto en lo suyo (8) que non pudiesse aliiar los bienes del huerfano; o si enfermasse (9), o ouiesse de yr en romeria, o en otro grand camino (10). Ca estonce, puedenle dar otro guardador que lo guarde en lugar de aquel, a quien dizen en latin Curator (11), fasta que el otro sea sano, o torne del camino do ouiesse ydo.

(a) Aunque segun esta ley non pueden los menores ser apremiados á recibir curador, si non quieren, se ha introducido la práctica de que ellos nombren por sí mismos al curador, confirmándolo el juez, si lo considera apto para el cargo.

(b) Pero si el menor fuere Grande de España, el Rey le nombra el curador *ad litem*. L. 17, tit. 1, lib. 6 de la N. R.

LEY XIII. — Habenti tutorem non datur alius, nisi primus malè administrat: aut suis negotiis occupetur taliter: quòd circa tutelam intendere nequeat; aut si longam faciat itinerationem, vel peregrinationem; tunc enim ejus loco datur curador, donec redeat. Hoc dicit.

(1) *Locos, o desmemoriados.* Equiparat furiosum e t mente captum, prout semper fit in istis legibus Partitarum; differunt tamen, quia cura furiosi est legitima, mente capti verò est dativa, ut dixi supra eod. l. 4. debet tamen iudex etiam mente captis, dare curatorem legitimum, ut ibi dixi; et de his habes *D. de curat. furios.* per totum tit. *C. eod.* ubi vide per Azon. in summa, datur etiam prodigo, cui est bonis interdictum, curador, ut habetur ibidem, et mulieri luxuriosæ viventi, l. *et mulieri*, *D. de curat. furios.* prodigis enim, et luxuriosis, vel aliàs dissipatoribus, vel lasoribus, potest interdicti administratio rerum suarum, quia æquiparantur prodigis, secundum Bald. in l. *ea lege*, col. fin. vers. *item quero*, *C. de conduct. ob caus.* et vide Gloss. in l. *si quis cum sciret*, *D. de usucop. pro emptor.* An autem masculo luxurioso datur curador? Vide Bald. in addition. *ad Specul. tit. de actore*, et Alexand. in addition. *ad Bald.* in dict. l. *ea lege*. Et requiritur causæ cognitio in datione istius curatoris, scilicet ut aequaliter de tutore vel alia causa, propter quam datur, constet, l. *observare*, *D. de curat. furios.* ubi Bald. post Jacob. de Are. Quòd iudex debet adhibere medicos, qui hoc cognoscant, l. *semel*, *C. de re milit.* lib. 12. An autem requiratur citatio ipsius, cui datur, vel aliorum? Vide per Bart. in l. *qui habet*, §. *quolibet*, *D. de tutel.* et per Alex. consil. 89. incipit, *visis dubitationibus*, 2. vol. et potest dari talis curador cum inquisitione, vel sine, ut tradit ibi Alexander. Surdis etiam, et mutis, et qui perpetuo morbo laborant, datur curador, vide in §. *furiosi*, *Institut. de curator.*

(2) *Apremiados.* Concordat cum §. *item inviti*, *Institut. de curator.* si tamen sponte receperunt, cogentur stare sub cura usque in

vigesimum quintum annum, ut tradit Abb. consil. 91. 1. vol. ipsi tamen curatores inviti dantur, secundum Bart. in l. *illud*, *D. de tutor. et curat. dat. ab his*, et per Specul. tit. *de curatore*, §. fin. column. 3. et per Salicet. in l. 1. *C. qui pet. tut.* ubi dicit, quòd curador, qui principaliter datur personæ mente capti vel furiosi, datur invitus, ut in l. fin. §. fin. *C. de curat. furios.* Item et curador generalis, qui datur principaliter negotiis, et secundario personæ, de quo in l. *si curatorem*, *C. de in integr. restitut. minor.* datur etiam invitus, l. fin. in princ. *C. de administrat. tutor.* ad litem tamen debet dari volens, et ex causa posset invitus dari, vide Bart. in l. *qui habet*, §. *si pupillus*, *D. de tutel.*

(3) *Ca estonce.* Adde dict. §. *item inviti*, et l. *qui habet*, §. *si pupillus*, *D. de tutel.* et quomodo datur infanti curador ad litem, vide Bald. *de milit. vassal. qui contum. est*, col. penult. et adde l. 1. *C. qui petant tutor.* An autem pupillo carenti tutore possit dari curador ad litem? Vide Alexand. consulentem, quòd sic, consil. 122. 1. vol. incipit, *videtur prima facie*.

(4) *En el testamento.* Concordat cum §. 1. vers. *sed curator*, *Institut. de curator.*

(5) *Deuelo confirmar.* Sed an confirmabitur, etsi adultus, cui datus est à patre, nolit habere curatorem? Videtur, quòd non, quia inviti adolescentes curatores non accipiunt, præterquam in litem. *Institut. de curator.* §. *item inviti*. In contrarium facit ista lex cum dicit *deuelo confirmar*, et sic videtur necessitatem inducere, ex quo pater fecit ad commodum filii, et id constat iudici: et hujus opinionis fuit Odofr. prout refert Bald. in l. 1. *D. de confr. tutor.* qui post Dinum intelligit, dictum §. *item inviti*, in curatoribus qui dantur à iudice, non de datis in testamento; et idem quod Odofr. tenet Joan. de Plat. in dict. §. *item inviti*, vers. *adde prædictis*: et licet Baldus ubi supra inclinet in contrariam sententiam, istud videtur tenendum, quia ista lex Partitarum hoc videtur decidere, cum postquam posuit superius, quòd inviti adolescentes curatores non accipiunt, subdit, quòd si curador datur in testamento, debet confirmari; et benè conferunt ad hoc, quæ tradit Abb. in dict. consil. 91. 1. volum. incipit, *postulato*.

(6) *Dar otro.* Concordat cum l. *cum jure*, *C. qui petant tutor.* et l. *licet*, *C. in quib. casib. tutor. habent.*

(7) *De mal recabdo.* Concordat cum l. penult. *C. in quib. casib. tutor.*

(8) *Que ouiesse de ver tanto en lo suyo.* Nota hoc, quia vult, ut ob hanc causam excusetur tutor, et facit dicta l. penult. et l. 2. ejusd. tit. et l. 3.

(9) *Enfermase.* Vide in §. *item propter adversam valetudinem*, *Institut. de excusat. tutor.*

(10) *Gran camino.* Vide in l. 1. *C. in quib. casib. tutor. habent.*

(11) *Curator.* Videtur approbare opinionem Irner. de qua in rub. *C. in quib. casib. tutor. habent.* quæ etiam fuit opinio Placen. ut dicit Azon. ibidem in summa, ipse tamen Azon. tenet, quòd etiam tutor dari possit in illis casibus specialibus, et idem tenet Salic. in dict. rubr. et in l. 1. illius tit. posset ergo iudex facere utrumque, vel tutorem scilicet dare, vel curatorem, et erit utilis quòd datur tutor, ut ibi dicit Azon. et finietur officium istius tutoris sublato impedimento primi tutoris; vide per Salicetum in dict. l. 1. et Gloss. ibi.

LEY XIV. — Quales son aquellos que non pueden ser guardadores de otro (a).

Obispo, nin Monje, nin otro Religioso, non puede ser guardador (1) del huerfano; porque estos atales han de servir a Dios en las Iglesias, e embargarse ya este servicio por la guarda que ouiesse de fazer en las personas, e en los bienes de los huerfanos. Mas los otros Clerigos seglares (2), quier sean Missacantanos, o non (3), bien pueden ser guardadores de los sus parientes huerfanos; por razon de parentesco (4) que han con ellos. Pero deuen venir ante el Juez ordinario del lugar fasta quatro meses, desque supieren que aquel su pariente murio, e dexo hijos sin guardador; e estonce deuen dezir ante el, de como ellos quieren ser guarda-

dores de los huerfanos, que fueron hijos de aquel su pariente; e despues que esto ouieren fecho, pueden tomar los moços en su guarda, e aliiar, e procurar los bienes dellos. Otrosi, los que fuessen deudores (5) de los moços, non pueden ser guardadores dellos; fueras ende, si los padres estableciesen en sus testamentos (6), que los guardassen. Otrosi non podria ser guardador de huerfanos, el que fuesse obligado al Rey (7) (b), por razon que ouiesse tenido, o tuiesse sus cilleros, o sus heredades, o otras rentas, de que le ouiesse a dar cuenta. Otrosi non puede ser guardador de huerfano el Cauallero (c), mientras biuiere fuere de su casa sirviendo al Rey, o a otro su Señor (d), en servicio de Caualleria (8). Otrosi, el que fuesse mudo, o sordo (9), non puede ser guardador de moços; nin el que fuesse ocasionado (10), o embargado de su persona, o en otra manera, de guisa que non pudiesse (11) entender, nin trabajarse en pro dellos.

(a) L. 1, tit. 7, lib. 3 del F. R.

(b) Es decir, al Estado por causa de rentas públicas.

(c) Esto es, militar.

(d) Ya non sirven los militares á ningun señor particular, habiendo desaparecido los feudos: únicamente sirven al Estado.

LEY XIV. — Non potest esse tutor Episcopus, aut Religiosus, ne à divinis avocetur; sed clericus sæcularis etiam sacerdos potest sanguinis prætextu, si inter quatuor menses venerit coram iudice tutelam recepturus. Item nec pupilli debitor, nisi sit tertamentarius: nec ad Regis ratiocinia obligatus: nec miles, dum extra in domum Regis occupatur servitio, vel alterius domini: nec alia invaliditue impeditis. Hoc dicit.

(1) *Non puede ser guardador.* Concordat cum authent. *de sanctissimis Episcop.* cap. *Deo autem amabiles*, collat. 9. neque dicas hoc corectum per cap. *pervenit*, 86. dist. licet Glossa ibi in finali opinione voluit contrarium; sed Archid. et Præpos. ibi tenent primam opinionem Glossæ, ut Episcopus etiam volens non admittatur ad tutelam, vel curam aliquam, nisi essent tutelæ miserabilium personarum, cum aliàs non essent, qui benè et tutè ad tutelam præfici possent; in monacho verò indistinctè est dicendum, ut in cap. *qui verè*, et in cap. *monachi*, 16. quæst. 1.

(2) *Clerigos seglares.* Concordat cum authent. *Presbyteros. C. de Epic. et Cleric.* et dict. authent. *de sanctis. Episc.* de qua sumpta est, et adde l. 45. in fin. tit. 6. 1. *Partit.*

(3) *Missacantanos, o non.* Intellige de constitutis in sacris, nam alii etiam inviti coguntur, ut notat Glossa in dict. authent. *Presbyteros*.

(4) *Por razon de parentesco.* Testamentarii ergò, neque dativi non possunt, ut hic innuitur, et notat Glossa in dict. authent. *de sanctis. Episc.* §. *Deo amabiles*, super verbo *interdicimus*, et quando sunt legitimi, admittuntur volentes, non inviti, ut hic, et ibi habes.

(5) *Debdores.* Concordat cum authent. *minoris*, *C. qui dar. tutor.* poss. et cum corpore, unde illa sumitur: et non aperit ista lex, an requiratur, quòd sint debitores magnæ quantitatis vel parvæ; sed debet limitari, quando esset magna quantitas, non verò si parva, quia tunc posset esse tutor, secundum Gloss. in authent. *minoris*, et in corpore de quo sumitur, ubi dicit, quæ sit parva vel magna, iudicis arbitrio relinquendum; et illa glossa approbatur per Bart. Angel. et Salic. ibi; et dixit illam notat dignissimam additionator Abb. in cap. *intellecto, de jurejur.* et pro illa glossa est textus, et ibi notat Bart. in l. *si quis in pignore*, §. *sed et si quis*, *D. de pignor. action.* Baldus tamen ibi limitat dictum Glossæ, nisi ante delatam tutelam esset jam lis super debito, quia magnum videtur ex eo, quòd sit de eo magna lis inter partes. Item limitat Glossa in dict. authent. *in avia debitrice vel creditrice*, et est textus in authent. *ad hæc*, *C. quando mulier tutel. fung. potest.* Item Glossa in corpore limitat in patre, et avo paterno vel materno, propter affectionem, quæ suspicionem tollit; et tenent communiter Doctores. Item limitatur in filio,